Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·ij·

13

Derelinquet filia sion ut umbraculum Lcō. vij.
in vinea et sicut cucurbita in cucumerario. sicut civi
tas que vastatur: Nisi dominus exercituum reliquisset nobis
semen qui sodoma fuissemus. et qui gomorra similes essemus.
℟ Audite verbum dni gentes et annuntiate illud in insulis hec et in
insulis que procul sunt dicite. Salvator israel adveniet. ℣ Annuntia
te et auditum facite loquimini et clamate. Salvator. Lcō. vij.
Audite verbum dni principes sodomorum percipite aures legem
dei vestri populus gomorre. Quid mihi multitudinem
victimarum vestrarum. dicit dns. Plenus sum. ℟ Ecce virgo
concipiet et pariet filium dicet dns et vocabitur nomen eius. Admira
bile de forte. ℣ Dnus solus dedit et sic regnum ei dedit semper. Admira.
Holocausta arietum et adipem Lectio. viij.
pinguium et sanguinem vitulorum et agnorum et hircorum
nolui. cum veneretis ante conspectum meum quis hec quesivit
de manibus vestris. ut ambularetis in atriis meis. ℟ Ob
secro dne mitte quem missurus es. unde afflictionem populi tui. Sic locutus
es veni et libera nos. ℣ Convertere nunc dne in virtute populo tuo
visita nos in salutari tuo. Sicut lo. In tcio nocturno. ℣.
Oportet virga virtutis vestre. Initium sci evangelii. secundum marcum
Initium evangelii ihesu xpi filii dei sicut scriptum est in ysaia
propha. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui
parabit viam tuam ante te. Et cetera. O mel. R. e. vem. lude p.
Conferendum hec evangelium marci principium principio
matthei in quo autem liber generationis ihesu xpi filii
dd filii abraham. atque extremorum unus dns noster ihesus xpus dei
et hominis filius esse intelligendus. ℟ Letentur celi et ex
ultet terra iubilate montes laudem qm dno nostro veniet et pauperum
suorum miserebitur. ℣ Ecce dnator dns cum virtute veniet. Et p.